

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CXX

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](#)

acēum degenerantes a uno patriarcharum & prophētarum. & tamquā  
depleno uase de iniuitate mundi huius impletū cor habentes uelut spō  
gram cauer nosis quodammodo atq. tortuosis latibus fraudulentum;  
hyssopum autem cui circum posuerunt spongiam acēo plenam. qm̄  
herba est humilis & pectus purgat. ipsius xp̄i humilitatem congruenter  
accipimus. quam circum dederunt & se circum uenisse putauerunt,  
unde est illud in psalmo; asperges me hyssopo & mundabor. xp̄i namq.  
humilitate mundamur. quia nisi humiliass& rem & ipsum factus oboedi-  
ens usq. ad mortem crucis. Non utiq. sanguis eius in peccatorum remissi-  
onem. hoc est in nostrā mundationem fuisse effusus. Nec moueat quo  
modo spongiam orieus potuerint ad mouere. qui in cruce fuerat ex  
altatis aterra. Sicut enim apud alios euangelistas legitur quod hic pre-  
termisit. in harundine est factum ut in spongia talis potus ad crucis sub-  
limia levatur; per harundinem uero scriptura significabatur. quae im-  
plebatur hoc facto. Sicut enim lingua dicitur uel ḡteca uellatina uel  
alia quaelibet sonum significans quae lingua promittitur. Si charundo dici  
potest littera quae harundine scribitur; sed sonos significantes uoces  
humanae usitatissime dicimus linguas. scripturam uero harundinem  
dici quominus est usitatum. eo magis est mystice figuratum; faciebat  
ista populus impius. patiebatur ista misericors xp̄s; qui faciebat quid  
faceret nesciebat. qui patiebatur autem non solum quid fieret & cur si  
eret sciebat. uerum & iam de male facientibus bene ipse faciebat; cum  
ergo accepisset ih̄s acēum dixit; consummatum est. quid nisi quod pro  
phēta tanto ante praedixerat. Deinde quia nihil remanserat quod ante  
quam morte uel fieri adhuc oportet. tamquam ille qui potestatem  
habebat ponendi animam suam & iterum sumendi eam. per actis omnibus  
quae ut per agēntur expectabat. Inclinato capite tradidit spm.  
Quis ita dormit quando uoluerit. sicut ih̄s mortuus est quando uoluit.  
quis ita uestem ponit quando uoluerit. sicut se carne exuit quando uolu-  
it. quis ita cum uoluerit abiit. quomodo cum uoluit obit. quanta spe-  
randia uel timenda potestas est iudicantis. si apparuit tanta morientis.

**INCIPIT SERMO CXX DEO QUOD DICIT. IUDAEI ERGO**  
**QM̄ PARASCEUE ERAT UT NON REMANERENT INCRU-**  
**CE CORPORA SABBATO. USQ. AD. NONDUM ENIM SCIE-**  
**BANT SCRIPTURAM QUI LOPORE TET EUM RESURGERE.**

Postea quam dñs ih̄s per actis omnibus quae ante suam mortem per-

I

agi oportere praesciebat. quando uolunt tradidit spm; quae deinde se  
 quuta sint. euangelista narrante uideam. Iudei ergo inquit qnm pa  
 rasceue erat. ut non remaneant in cruce corpora sabbato. erat enim mag  
 nus dies ille sabbati. rogauerunt pilatum ut frangerentur eorum crura  
 & tollerentur; non crura tollerentur. sed hi quibus ideo frangebantur  
 ut morentur & auferrentur ex ligno ne pendentes in crucibus magnū  
 diem festum sui diurni crucifixus horrore foedarent. Uenerunt ergo mi  
 lites & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cū eo.  
 Ad hī autem cum uenissent. ut uiderunt eum iam mortuum. non frage  
 runt eius crura. sed unus militum lancea latuſ eius aperuit & continuo  
 exiit sanguis & aqua. uigilanti uerbo euangelista usus est. ut nondice  
 re. latus eius percussit. aut uulnerauit. aut quid aliud. sed aperuit. ut  
 illuc quodammodo uitae ostium panderetur. unde sacramenta ecclesie  
 manauerunt. sine quibus ad uitam quae uera uita est non intratur; Ille  
 sanguis in remissionem fuisse est peccatorum. aqua illa salutare tempe  
 rat poculum; haec & lauachrum praefat & potum; hoc prænuntiabat  
 quod noe in latere arcae ostium facere iussus est. qua intrarent anima  
 lia quae non erant diluicio peritura quibus præfigurabatur ecclesia;  
 propter hoc prima mulier facta est de uiri latere dormientis & appella  
 ta est uita. materq. uiuorum; magnum quippe significauit bonum ran  
 te magnum præuariationis malum. hic secundus adam inclinato capi  
 te in cruce dormiuit. ut indeformaretur ei coniux quod de latere dor  
 mientis effluxit. Omors unde mortui reuinuerunt. quid isto sangu  
 ne mundius. quid uulnere isto salubrius. & qui uidit inquit testimoniu  
 um perhibuit & uerum est eius testimonium. & ille scit quia uera dicit  
 ut & uos credatis. Non dixit. ut & uos sciatis. sed ut credatis; scit enim  
 qui uidit. cuius credat testimonio quin non uidit; magis autem ad fidē  
 credere pertinet quam uidere; nam quid est aliud credere quam fi  
 dem accommodare. facta sunt enim haec inquit. ut scriptura impleretur.  
 os non comminueris ex eo. & iterum alia scriptura dicit. videbunt in  
 quem confixerunt. Duo testimonia descripturis reddidit singulis  
 rebus. quas factas fuisse narrauit; nam quia dixerat. Ad hī autem cū  
 uenissent. ut uiderunt eum iam mortuum. non fregerunt eius crura  
 ad hoc pertinet testimonium. os non comminueris ex eo; quod precep  
 tum est eis qui caelebrant pascha iussi sunt ouis immolatione in uero  
 lege. quae dominice passionis umbra praecesserat. unde pascha nrm  
 immolatus est xp̄s. De quo & esuas prophæta praedixerat. sicut ouis

... occulus autem propter metu iudeorum.

ad immolandum datus est; item quia subiunxerat dicens. Sed unus militum lincealatus eius aperuit ad hoc pertinere alterum testimonium. videbunt in quem confixerunt; ubi promissus est Christus in ea qua crucifixus est carne uenturus. Post haec autem rogauit pilatum ioseph ab ari mathia. eo quod esset discipulus Ihesus ut tolleret corpus Ihesus. & permisit pilatus; uenit ergo & tulit corpus Ihesus; uenit autem nichodemus qui uenerat ad Ihesum nocte primum. ferens mixturam myrrae & aloes quasi libras centum; Non ita distinguendum est ut dicamus primum ferens mixturam myrrae. sed ut quod dictum est. primum ad superiorem sensum pertineat. uenerat enim ad Ihesum nichodemus nocte primum. quod idem iohannes narrauit in prioribus euangelii suis partibus; hic ergo intellegendum est ad Ihesum non tunc solum. sed tunc primum uenisse nichodemum. uenisse autem postea ut fieret audiendo discipulus. quod certe modo in revelatione corporis beatissimi Stephanus ante omnibus gentibus declaratur; acceperunt ergo corpus Ihesus & ligauerunt illud linteis cum aromatis. sicut mos iudeis est repelire; Non mihi uidetur euangelista frustra dicere uoluisse. sicut mos iudeis est repelere; ita quippe nifallor ammonuit in huius modi officiis quae mortuis exhibentur. mos enim cuiusque gentis esse seruandum; erat autem in loco ubi crucifixus est hortus & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat. sicut in mariae virginis utero nemo ante illum. nemo post illum conceputus est. ita in hoc monumento nemo ante illum. nemo post illum sepultus est; ibi ergo propter paracœve iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt Ihesum. acceleratam uult intellegi sepulturam ne ad uesperas ceret. quando iam propter paracœven quam cenam puram iudei latine usitatus apud nos uocant. facere tale aliquid non licet. Una autem sabbati maria magdalene uenit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentum & uidit lapidem sublitum a monumento; Una sabbati est quem iam diem dominicum propter dominum resurrectionem mos Christi annus appellat. quem mattheus solus in euangelistis primam sabbati nominavit; Currit ergo & uenit ad simonem periculum & ad aliud discipulum quem amabat Ihesus & dicit eis. Tulerunt dominum monumento & nescimus ubi posuerunt eum; non nulli codices & iam greci habent: Tulerunt dominum meum. quod uideri dictum potest propensiōe caritatis uel famulatus affectu. sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus non inuenimus; Exiit ergo petrus & ille alias discipulus uenerunt ad monumentum; currebant autem duo simul & ille alias discipulus

praeccurrit citius p̄ero & uenit primus ad monumentum. Aduerten  
 dahic & commendanda recapitulatio. quomodo redditum est ad id quod  
 fuerat praetermissum & tamen quasi hoc sequeretur adiunctum est. cū  
 enim iam dixisse. uenerunt ad monumentum regressus est ut narraret  
 quomodo uenerint atq. ait; currebant autem duos simul & ceterū ostendit  
 quod praecurrent ad monumentum prior uenerit alius ille discipulus  
 quem seipsum significat. sed tamquam de aliocuncta narrat. & cum se in  
 clinasse inquit. uidit posita linteamina. non tamen introit. uenit ergo  
 simon p̄erus sequens eum & introit in monumentum & uidit linteamina  
 posita & sudarium quod fuerat super caput eius. non cum linteaminibus  
 positum sed separatum inuolutum in unum locum; putamus nemihil ista  
 significant. nequaquam id putauerim. sed ad alia festinamus in quibus  
 immorari quaestio nis uel obscuritatis alicuius necessitate compellimur.  
 Nam ista quae perse ipsa manifestasunt. quid singula & iam significant  
 quae sunt? scāe quidem deliciae sunt. sed otiosorum. quod nonsumus nos;  
 tunc ergo introit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum;  
 prior uenit & posterior intrauit. neq. hoc utiq. uacat. sed mihi adista non  
 uacat. & uidit inquit & credidit; hic non nulli parum attendentes putant  
 hoc iohannem credidisse quod ih̄s resurrexit. sed quod sequitur non hoc  
 indicat; quid sibi enim uult quod statim adiunxit. Nondum enim scie-  
 bant scripturam. quia oportet eum a mortuis resurget. Non ergo eum  
 credidit resurrexisse. quem nesciebat oportere resurget. quid ergo  
 uidit? quid credidit? uidit scilicet inane monumentum. & credidit quod  
 dixerat mulier eum de monumento esse sublatum; nondum enim scie-  
 bant scripturam. quia oportet eum a mortuis resurget. & ideo quan-  
 do id ab ipso dño audiebant. quamuis apertissime diceretur. consuētudine  
 audiendi ab illo parabolas non intellegebant & aliquid aliud eum signi-  
 ficare credebant. sed ea quae sequuntur. in sermonem alium differant.

**INCIPIT SERMO C. XXI. DE EO QUOD DICIT ABIERUNT  
 ERGO ITERUM AD SEM & IPSOS DISCIPULI. USQ. AD  
 BEATI QUI NON UIDERUNT ET CREDIDERO RUNT**

**S**ublatum esse dñm de monumento discipulis eius p̄ero & iohanni  
 nuntiauerat maria magdalene. quo illiuidentes inuenerunt sola  
 linteamina quibus corpus fuerat inuolutum; & quid aliud credere  
 potuerunt nisi quod dixerat. quod & iam ipsa crediderat. Abierunt  
 ergo iterum ad sem & ipsos discipuli. id est ubi habitabant & unde ad  
 monumentum cucurrerant. maria autem stabat ad monumentum